Morski Podolskie Coniuges Quietat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Praemyslien Generosus Stanislaus Morski olim Generosi Martini Morski cum Generosa Zophia de Chyrow procreatus filius Generosi vero Alberti Morski frater germanus sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibusuis propriis et competentibus recedendo. Praesentiq vero Castren Capitan Praemyslien Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipse Gnosos Franciscum Podolski et Catherinam Brzeska Coniuges et eorum Successores de Summa Quinque millium florenorum Polonicalium sibi Recognoscenti contractu seu Inscriptione certa inter praedictum Generosum Albertum Morski fratrem sui Recognoscen germanum ab vna, et eosdem Gnosos Podolskie Coniuges parte ab altera de actu et data illius Praemysliae Feria Tertia post Festum Sanctae Agnethis Virginis et Martyris Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Nono proxime praeterito confecta et conserta manibus contrahentium ab vtrinq subscripta Actisq Terrestribus siue Capturalibus Praemyslien siue alijs quibusuis Authenticis Regni Sub vadio Sexdecem Millium et Quingentorum florenorum Polonicalium roborata per manus eorundem Generosorum

rosorum Podolskich coniugum ad soluendum assecurata ob sufficientem et plenariam sibi Recognoscen praestitam satisfactionem Summaeq Suprascriptae Quinq millium florenorum Polonicalium per eosdem Generosos Podolskie Coniuges realem et effectiuam persolutionem quietat emittit dimittit et liberos absolutosq facit ac pronuntiat; Contractum praefatum seu Interscisam super summam eandem sese extendentem cum omnibus et singulis eiusdem conditionibus et ligamentis cassat mortificat et annihilat perpetuo et in aeuum. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Idem Morskiego Fratrem suum Germanum Quietat.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Praemyslien Gnosus Stanislaus Morski olim Gnosi Martini Morski cum Generosa Zophia de Czyzow procreatus filius Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibusuis propriis et competentibus recedendo. Praesenti vero Castren Capitan Praemyslien Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum Successoribq ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subyciendo palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipse Generosum Albertum Morski fratrem suum germanum et ipsius Succores de Summa Quinque Millium florenorum Polonicalium sibi Recognoscen Interscisa certa inter se Recognoscentem et alios fratres suos germanos ab vna, et eundem Gnosum Albertum Morski itidem fratrem germanum natu maiorem parte ab altera de actu et data ipsius in Sanok feria Sexta post Dominicam